eo pertinet, ut calumniis nullus locus eſſe poſſit; ſed juſtæ tantummodo accuſationi ſimul et defenſioni: in quâ accuſatione & defenſione, ſi evincere cauſam Machiavellum intellexerimus, doctrinam ipſius ſive univerſam, ſive partem illius aliquam amplectemur: ſin cauſâ cadere eum videamus, eandem repudiabimus. Idque in Republicâ ſemper obſervandum, quantum fieri poteſt, ut accuſare quidem legitimè liberum ſit, calumniæ verò impediantur. Differunt etiam accuſationes a calumniis, quòd calumniari poteſt unuſquiſque quemcunque & ubicunque voluerit; neque ad id probandum quod impingit adverſario probatione ullâ aut teſtibus utitur. Legitimè accuſare difficile eſt, neque id ab unoquoque præſtari poteſt: nam in legitimis accuſationibus requiruntur teſtes & probationes. Præterea, non poſſunt legitimæ accuſationes inſtitui niſi coram Magiſtratibus aut concione Populi. Calumniæ nul-

Vindiciæ contra tyrannos: ſive de Principis in Populum, Populique in Principem legitimâ poteſtate, Stephano Junio Bruto Celta Auctore. In hoc libro infra ſcriptæ quæſtiones explicantur. I. An ſubditi teneantur aut debeant Principibus obedire, ſi quid contra legem Dei imperent. II. An liceat reſiſtere Principi, legem Dei abrogare volenti, Eccleſiamve vaſtanti. Item quibus, quomodo, & quatenus. III. An & quatenus Principi Rempublicam aut opprimenti, aut perdenti, reſiſtere liceat. Item, quibus id, quomodo, & quo jure, permiſſum ſit. IV. An jure poſſint, aut debeant vicini Principes auxilium ferre aliorum Principum ſubdictis, Religionis puræ cauſâ afflictis, aut manifeſtâ Tyrannide oppreſſis.

De jure Magiſtratuum in ſubditos, & officio ſubditorum erga Magiſtratus. Tractatus brevis & perſpicuus his turbulentis temporibus, utrique ordini apprimè neceſſarius.

The former of theſe treatiſes is dedicated by the Editor, who calls himſelf Cono Superantius Vaſco, to all Chriſtian Kings, Princes, and Governors of Republics, and has the following miſerable copy of verſes prefixed to it, by L. Scribonius Spinter.

Contemptor ſuperûm *Maculoſi* nomine notus
  Velleris * Etruſcus Scurra, ſophiſta loquax;
Arte malâ, populi Harpyas ſævoſque Tyrannos
  Inſtituit, peſtis maxima Chriſtiandum.
Junius hoc Reges veros, Procereſque libello
  Efformat, Populos et ſua jura docet.
Nempe caput magno civili in corpore Reges,
  Corporis, & Populum cætera membra, facit.
Membra ſed ut languent capiti adverſantia, ſanum
  Tuſce, erit anne caput, quod ſua membra premit?
Nomine reque patres, juſtitiæque duces
  Sint igitur Reges Populis re, ut fœdere, leges,
Totus ad exemplum regis componitur orbis,
  Rex quoque ſic Populi ſe ſciat eſſe caput.
Hunc veteri Reges referant de more triumphum,
  Quod Patriæ Patres, quod Populo ſocii.

Concerning the author of this book, i. e. *Vindiciæ contra Tyrannos*, which has made a great noiſe in the world, the curious may ſee a Diſſertation by Mr. Bayle, p. 317 of the laſt volume of the General Hiſtorical and Critical Dictionary: and a Critique upon that Diſſertation, by another hand.

* *A rotten Sheep*, the Poetaſter means, it is ſuppoſed.

lum